



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LXVI. Thezauri indulgentia[rum]/ rhetia sunt/ quib[us] nu[n]c
piscantur diuitias virorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Quia docet horre pœnas, immo facit liberos a pœna
quod est solummodo iustorum, Nullus enim indiget indulgentiis,
nisi seruis pœnarum, qui non calcant eas, contemptu superbo
eis dominans, sed pœnitur illis & fugit eas, sicut puer ab umbris
noctis & tenebrarum, & tunc pœnitur liberi, cum iusti etiam subiecti
sint pœnis varijs.

CON: LXV.

Igitur Thezauri Euāgelici rhetia sunt/ quibus olim
piscabantur viros diuitiarum.

Sic enim Ap[osto]lus, Non quero vestra, sed vos, Et Ch[ri]stus, facit
vos fieri piscatores hominum, verbū enim dulce, trahit volūtatē,
immo facit volūtatē hominis in Ch[ri]stū, Vnde, S. Petrus in
vibe pictus piscator dicit.

Eccliam p[ro] naue rego/ mibi climata mundi/ Sunt
mare/ Scripturę rhetia/ piscis homo.

CON: LXVI.

Thezauri indulgentiarum/ rhetia sunt/ quibus nūc pis-
cantur diuitias v[er]orum.

Hanc purō ex diu[er]sīs clarā, quia per remissiones pœnarum
homo non fit melior, nec nahitur plus ad deū (hoc enim solo
verbi Ch[ri]sti fit) cum sint verba hominis, dantis licentiam ac res-
laxationē, magis quā capientis & ligantis, Quod si aliquid capiunt,
certe nihil nisi pecunias, non autē an[im]as, capiunt. Non quod damne
istud negociū pecuniarum contribuēdas, imo meo iudicio, vi-
detur, dei prouidentia id curare in isto negocio, vt cum sit
viliissimū inter dona & officia Ecclesie, nec dignum in futura
vita conari, saltem in hac vita, vel modica pecunia remuneret,
vt nihil m[er]eat irremuneratū, quod olim gratis fiebat relaxatiōe.

CON. LXVII:

Indulgentię/ quas Cōcionatores vociferantur max-
imas gr[ati]as/ intelliguntur vere tales/ quo ad quęstum
promouendum.

Sic enim audeat audax ignorātia, vt maximū vocet, quod minimū
est, & relinquit tū populo iudiciū & facultas recte intelligēdi,
vt errans credat dei gratiam hic dari, Ip[s]i enim non exponunt,
ne sibi ip[s]is contradicere cogant, aut mendaces inueniantur, quod
parū dixerint magnū.